

Sammelband von Dina



U. g. 1975

DISPUTATIO
TERTIA.

*Ex 3. 4. 5. 6. 7. 8. & nono libri primi
Instit. Imp. tit. locisq. iuris civilis con-
cordantib. collecta.*

QVAM
AVSPICE DEO

PRÆSIDE VERO
NOBILISS. CONSULTIS-
SIMOQUE VIRO, DN. ARNOL-
DO DE REYGER I. V. D. ET A-
cademiæ Salanæ antecessore,
dignissimo,

*Privati exercitiij gratia excutiendam
proponit*

M. IOHANNES HOENSTEIN
CRBILSH. FR.

Die XVIII. Iun. hora & loco
consueto.

Servitutum mortalitati ferè comparamus.



I E N Æ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCXCIV.



PRÆCLARA VIRTUTE, ET
erud. ta doctrina politis Dominis,

Dn. CONRADO CIGLERO, CREISH.

Dn. CASPARO EISENO CREILSH.

Dn. FRIDRICO TAUBMANNO, VONSEE.

Dn. GEORGIO MARIO SVOBAC.

Amicis suis mellitiss.

Quid vobis, anima, videtur? an non,
Quod mecum puto, disputationem
Hanc satis sterilem esse dicetis?
Non hercle inficior, sed ordo, s' usq;
Hoc imponit onus, profecto & hic est,
Quamvis sat sterilem esse dicetis,
Quod possint dubia mouere mentes,
Vobiscum excutite, & monete, nam q;
Ius à me datur hoc, sed illud vnum
Effectum volo, Vestri amantem amare.

D. D.

M. IOHANNES HOENSTEIN
Creils! Respond.

q by ius reddi q 22 ff. de stat. hom.



CONTINUATIO.

Universa autem iuris materia in personis, rebus & actionibus consistit, & quia hominum causa ius constitutum est, non immerito de iure personarum priori loco tractatur. *atq; dignioribus 244 ff. ad. edit. 2f ff. de instr.*

b ff. de iur. iud. q 22.

c p q s ius reddi q 19 ff. de iud. q 22. s' ult. ff. de iur. nat. 22 ff. de stat. hom. 224 ff. de instr.

THESIS I.

Libertas autem hoc conditio talis est, qua sibi quisq; vel libertatis, vel servitutis nomen vendicat. *a*



a Mysing. h. t. 2.

Atq; hinc summam illam de iure hoc diuisionem offerri nobis videmus, quod omnes homines aut liberi, aut serui deprehenduntur. *b*

b hic in princ. l. 3. & 4. ff. de stat. hom.

9 hoc affuit fore et naves p. h. h. i. & iure non de na. illa in masculos ff. de iur. iud. q 22.

Libertas vero (vnde & liberi nuncupantur) est naturalis facultas eius, quod cuiq; facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibeatur. *c*

c § & libertas Inst. h. t. l. 4. ff. de stat. hom.

Et hæc nullo ciuili, aut gentium, verum naturali iure est introducta *d*. Natura enim liberos procreauit omnes. *e*

d l. 4 ff. de iust. & iur. l. 4. ff. de stat. hom. VVesenb. h. t.

e l. interdum ff. de natal. restit. §. sed ius quidem Inst. de iure N. G. & C. l. 32. ff. de R. I.

Vnde seruitutem à iure gentium constitutam esse intel.

A 2



intelligimus, hoc enim iure dominio alieno contra naturam subijci nos apparet. f

f §. 2. Instit. h. t. l. 4. §. servitus ff. de stat. hom. l. 4. ff. de iust. & iur. 6.

Et servitutis causæ tam de iure civili, quam de iure gentium procedunt g. De iure quidem civili, duobus modis; cum quis maior 20. annis ad pretium participandum venundari se passus est h & in servitutem revocatione, ut si libertus se ingratum aduersus patronum præbuerit. De iure autem gentium, cum ex ancillis nostris nascuntur, aut ab hostibus capiuntur.

g §. serui. a Instit. h. t. l. 5. ff. de stat. hom.

h l. 5. §. 1. D. de stat. hom. §. penult. Instit. de iur. pers. t. t. C. de libert. & eorum liber.

7.

Servorum autem una, eademq; conditio. Liberatorum non item alij enim ingenui sunt, alij libertini i.

i §. ult. Instit. h. t. l. 5. ff. de stat. l. 32. ff. de R. l.

8.

Ingenui sunt quod ex matre vel conceptionis, vel natiuitatis, vel grauiditatis tempore libera nascuntur. k

k vers. sufficit Instit. de ingen. l. 5. §. 2. ff. de stat. hom.

9.

Et triplex ingenuitatis causa est, natiuitas ex matre libera, l. sententia iudicis, m. & natalium restitutio. n.

l l. 5. §. 2. ff. de stat. hom.

m l. 25. ff. e. l. res iudicata ff. de R. l.

n l. 2. & 3. ff. de natal. restit. VVesemb. d. 8.

10.

Neque vero qui in servitute est, continuo servus est, & ingenuitatis nomen amittit. o.

o §. cum autem Inst. de ingen. l. 2. C. de ingen. man.

At

*lib. ca; ubi h. i. g.
l. i. m. to. h. a. h. y; h. o. h. e.
h. i. g. m. d. v. e. n. d. i. o. N. o. v.
59.
p. c. u. p. t. a. t. u. r. e. s. u. p. p. l. i. c. i. t. u. r.
h. y. n. d. m. o. r. t. e. n. i. s. e. r. v. i. t. u. s.
i. i. C. a. p. d. i. m. i. n. i. N. o. v.
d. n. e. g. a. t. C. u. r. a. l. l. b. 21.
6.*

*stabile m. v. i. s. t.
e. s. t. a. b. l. e. n. a. t. u. s. t. i. n.
e. t. l. i. b. e. r. i.*

11.

At libertini vocantur, qui ex iusta servitute sunt manumissi. Manumissio enim libertatis datio est. p.

p in princ. Instit. de libert. & l. 6. ff. de stat. hom. & l. 4. ff. de iust. & iur.

12.

Fieri autem potest quocunque die & loco. q. ut in sacrosanctis Ecclesijs, coram plebe & antistite, interposita qualicunque scriptura, r. in foro, ut vindicta, quæ manumissio per lictores, tacente domino, præmissis verbis quibusdam solennibus potest expediri. s. aut inter amicos, ubi testes quinque, & scripturæ interpositio necessaria. t. aut per epistolam, testibus similiter quinque adhibitis. u. aut per testamentum, aut quamcunque voluntatem ultimam. x.

q §. serui. v. Instit. de libert. l. 7. ff. de manumiss. vind.

r §. 1. Instit. de libert. l. 1 & 2. C. de his qui in Ecclesia manu.

s §. 1. Instit. de libert. & t. t. de manu. vind.

t §. 1. Instit. e. l. 1. §. sed & si quis C. de latin. libert. toll.

v §. 1. Inst. eo. l. 1. §. sancimus ff. de latin. libert. toll.

x §. 1. Instit. e. & t. t. ff. de manu. test. & C. de manu. test.

13.

Neq; vero manumissio hæc cuilibet concessa. y debitori enim qui soluendo non est, planè denegatur. z. sicut & minori 20. annis, nisi iustæ manumittendi causæ proferantur, ut quia pater est, quia mater, frater, nutrix, aut quia pædagogus. a.

y in princ. Instit. qui & ex quibus causis.

z Instit. e. l. 5. ff. de test. manum.

a Instit. h. t. & l. 1. ff. de manumiss. & l. 9. cum. seq. ff. de manu. vind.

A 3

Et

14.

Et necesse omnino est, ut coram prætore, causa sufficienti adducta instituat. *b.*

b. §. 4. Inst. h. t. l. 5. ff. de manu. vind.

15.

Et si autē lege Fusia Caninia certus manumittendorum servorum numerus fuerit præscriptus; quia tamen fatis invida, & libertati, quæ omnibus causis favorabilior esse debet, contraria, non immerito ab Imp. nostro fuit sublata. *c.*

c. Inst. h. t. d. l. servorum ff. e.

16.

Altera personarum divisio hæc est, quod alia sui, alia vero alieni iuris esse dicuntur sui, ut patres. & omnes liberi homines, qui parentes in vivis non habent, aut ab ijs sunt emancipati; alieni, ut filijfam. in parentum, servi in dominorum potestate existentes. *d.*

d. in princ. Instit. de his qui sui vel al. iur. §. 1. ff. h. t.

17.

Quamvis autem olim dominis in servos ius vitæ necisq; concessum, hodie tamen omnino est sublatū. *e.*

e. §. 1. & 2. Inst. d. s. l. 1. 2. ff. e.

18.

Qui enim servum sine iusta causa occiderit, ex Diui Antonini constitutione mortis reus censetur. *f.*

f. §. 2. Instit. d. t. ff. d. t.

19.

Potestati parentum subiecti sunt, liberi ex iustis nuptijs procreati. *g.* nepotes, & reliqui ex masculina linea descendentes: *h.* filij naturales, legitimated. *i.* & filij adoptivi. *k.*

g. in princ. Inst. d. patria potest. l. 3. ff. h. t.

h. §.

probat Gen. it. ubi
brak ad Garam dicit: Ecce
nulla tua in manu tua est
tunc illa v. l. ubi:

in Nuptijs natus ius pudor
pudor & 2 adoptivus si
pudor & R. nupt. Atque
pudore filij ex quo ex
in suscepti non nupti sunt liberi
ex iustis nuptiis. Ergo
legitimi sunt in nuptiis parentu.
in legitime facti nuptiæ filij sunt legitimi, vulgo
h. nupti. It. a. vulgo filij ex nuptiis legitime
non possunt aut possunt q. dem. sed cum tunc q. m. h.
verum tunc Item 2. Leg. n. e. v. 7. ex illegitimo
nuptiis natus ius pudor & 2 adoptivus si

R. ex l. 19 §. 1. h. t. h. m.
filij sunt legitimi, vulgo
q. dem. sed cum tunc q. m. h.
v. 7. ex illegitimo
nuptiis natus ius pudor & 2 adoptivus si

h §. fin. d. t. Instit. l. 4. ff. d. t.

i § 13. Instit. d. nupt.

k in princ. Instit. de Adopt.

20.

Legitimantur autem filij naturales, hoc est, ex concubina nati, vulgo Bastardi dicti, vel per oblationem Curia, vel per rescriptum principis, vel per subsequens matrimonium.

21.

Priori quidem modo, cum curia ciuitatis offeruntur unde originem habent, vel sub qua vicus, aut possessio, unde oriuntur.

§. vlt. Inst. d. nupt. l. 3. pr. C. de lib. natural.

22.

Altero, cum Imperator, aut alius, cui haec ab Imperatore commissa prouincia est, liberos naturales legitimos esse rescribit. m.

m Nou. 74. & nou. 89.

23.

Et posteriori tandem modo, cum quis concubinam suam, etiam in ultimo vitae articulo constitutus ducit in uxorem, dotalibus instrumentis interuenientibus. n.

n §. fin. Instit. de Nupt. §. si quis igitur nou. 89.

24.

Atq; sic legitimati non tantum ad successiones, sed etiam ad honores & dignitates admittuntur. o

o gloss. post text. in c. tanta in verbo legitimi.

25.

Et hinc patet, ex coitu illegitimo extra matrimonium item ex filia q nepotes deniq; ex filio emancipato natos patriae potestati non esse subiectos. r.

p text. hic in princ. ex inst. nupt.

q s.

Curia) Decretionem in matrici ad q3 et spiriti alleg. p 23 ss de decurionib. Et haec f. f. m. sub iudicant 27 in curia ciuitatis 2 & 2 diu 2 q 10. C. & natur. lib. D. conf. ss q b. 2 in p b. curijs ciuitat. & hered. q ab interst. f. A curia principis in h. l. d. Wesemb. t. & Nupt. p f.

Legitimantur et p h. naturam suam, f. h. l. d. C. & natur. lib. Nou. 89. f. g. o b. ser. 142.

vid. d. 19



q §. 3. in fin. d. r.

r §. 6. Instit. quibus modis ius patr.

26.

Quartus modus est, quo patria potestas non tam
acquiritur, quam repetitur, cum liberi emancipati, ob
ingratitude[m] in potestatem parentum reuocantur, s.

l. unic. C. de ingrat. lib.

PROBLEMAT A.

I.

An is, qui propter as alienum, aut facinus à se commis-
sum ad Ecclesiam confugit, sit extrahendus?

2.

An in matrimonio propter spem legitimandi contracto
instrumenta dotalia sint necessaria?

3.

An existentibus legitimis, naturales possint legitimari?

4.

An voluntas naturalium in legitimatione requira-
tur?

F I N I S,



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







VIII.

DISPUTATIO
TERTIA.

*Ex 3. 4. 5. 6. 7. 8. & nono libri primi
Instit. Imp. tit. locisq. iuris civilis con-
cordantib. collecta.*

QVAM
AVSPICE DEO

PRÆSIDE VERO
NOBILISS. CONSULTIS-
SIMOQUE VIRO, DN. ARNOL-

DO DE REYGER I, V, D. ET A-
cademiæ Salanæ antecessore,
dignissimo,

*Privati exercitiij gratia excutiendam
proponit*

M. IOHANNES HOENSTEIN
CRBILSH. FR.

Die XVIII. Iun. hora & loco
consueto.

Servitutem mortalitati ferè comparamus.



I E N Æ
TYPIS TOBIE STEINMANNI.
ANNO MDCCXCIV.